

D N.

HIPPOLYTI

RIMINALDI FER-

RARIENSIS, IVRECON-

sulti clarissimi, in Libros Institutio-
num Imperialium, Commen-
tarij docti iuxta ac
elegantes,

Nunc primum in lucem editi: Summarijs
& Indice plenissimo Illustrati.




*Deus in Guille
Aera ca*

LVGDVNI,

Apud Sebastianum Barptolomæi Honorati.

M. D. LV.


Esta aplicado el ago...


DIVO HERCVLI II.
FERRARIAE DVCI IIII.
HIPPOLYTVS RIMINAL-
DVS FELICITATEM,
ET S. P. D.



HITVRVS Princeps Illustrissime
 in tres Institutionum tractatus inter-
 pretationes quasdam meas, quas eo
 tempore confeci, quo Institutiones pu-
 blicè interpretabar, posteaque successu
 suo studio locupletavi. Cùm cogitarẽ
 cui potissimum labores meos dicarem, multi certè &
 egregij quidem viri in mentem euenerunt: at tu ex o-
 mnibus vnus is mihi oblatus es, sub cuius nomine, iure
 in lucem prodire deberent. Nam cùm omnium bona-
 rum artium, omnium disciplinarum, omniumque vir-
 tutum copia redundes, isque fueris, à quo exponendis
 Institutionibus præfectus fuerim, quis meos in institu-
 tiones commentarios alij, quàm tibi deberi iure posset
 contendere? Præsertim cum tanta sit hoc tempore zoi-
 lorum copia, & tot alienarum laudum obtrectatores,
 quos tu solus & Hercules & Princeps compescere faci-
 lè poteris. Te igitur Princeps optime, per mansuetudi-
 nem & humanitatem tuam supplex oro, atque obte-
 stor, vt lucubrationes has meas, qualescunque, hilari
 vultu accipias, & ab his, qui cùm nihil prorsus agant

7



HIPPOLYTI RI- MINALDI IURIS.

CONSULTI FERRARIENSIS,

in almo patriæ suæ Gymnasio primam ordi-

nariam Iuris civilis de mane cathedrâ

regentis, Interpretationes in

Secundum Institutionum

Imperialium Li-

brum.

De Donationibus.

TIT. VII.

Summaria super Rubrica, de Donationibus.

- | | |
|---|---|
| <p>1 <i>Usucapio & præscriptio sunt de iure civili inuenta.</i></p> <p>2 <i>Princeps non potest auferre dominium quasitum de iure gentium, nisi cum causa respiciente publicam utilitatem.</i>
<i>Secus in quasito per usucapionem, vel præscriptionem. nu. 3.</i>
<i>Sive autem causa penitus id tollere non potest. nume. 4.</i></p> <p>3 <i>Donatio est genus acquisitionis de iure civili.</i></p> <p>4 <i>Dictio, E T, implicat.</i>
<i>Titulus iste rectè collocatus hic contra aliquos.</i></p> <p>5 <i>Definitio præcedere debet omnem disputationem & tractatum.</i></p> <p>6 <i>Definitio ex quibus constare debeat, ut sit bona.</i></p> <p>7 <i>Donatio vera & propria nõ desinitur in l. donari. ff. de don.</i>
<i>Et in ea re decipiuntur Hostien.</i></p> | <p><i>Alberti. & alij. nu. 10.</i></p> <p>11 <i>Verbum Videtur, denotat improprietatem.</i></p> <p>12 <i>Donatio vera non ponitur in leuius per errorem. ff. de reg. iur.</i></p> <p>13 <i>Indebitam recipiens ignoranter, impedit donationem.</i></p> <p>14 <i>Notarius stipulans absentis non quarit, nisi secuta ratificatione.</i>
<i>Utile tamen quarit sine cessio-
ne. nume. 15.</i>
<i>Quod intelligitur, secuta de iure
ratificatione. nu. 8.</i></p> <p>16 <i>Intellectus. l. ij. & iij. ff. rem pu-
pil. sal. fo.</i>
<i>Vbi Cornens & Ruin. hallucin-
nantur.</i></p> <p>17 <i>Notarius indistinctè potest alteri stipulari.</i></p> <p>19 <i>Lex indistinctè loquens, indistinctè debet intelligi.</i></p> <p>20 <i>Obligatus ad antiodora, si per</i></p> |
|---|---|

[*intelligitur*] talis aditio nulla foret. nec ratificatio patris, aut domini posset eam cōvalidare: † cū actum omnino nullū non validet ratificatio: vt tradit Innoc. in c. cū cōsuetudinis. de cōsuet. Deci. abūdē in l. semper, qui nō prohibet. num. 17. ff. de reg. iur. Meritō cautū est, vt iussus debeat precedere. At ista ratio cessat in bon. possess. nam vltra animū requiritur petitio, vel agnitio corā iudice: & nihil impedit, quominus alius nomine meo corā iudice petat & agnoscat. l. iij. §. acquirere. ff. de bono. poss. vnde sequi potest ratificatio: cū actus præcedens non sit funditus nullus, quod not.

† In glo. [*Perinde*] quatenus Aret. infert ad quæstionem de compromisso facto in Abbatem sancti Proculi, nunquid transeat in successorem in dignitate. Quoniā quæstio prædicta deniat à proposita materia huius tex. remissiuè tantū procedā. Hanc igitur opi. tenent plures, quos citat Areti. Alex. & Ias. in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & pup. de quo in gl. quibus addo Bal. cōsi. cccxxij. à capite inchoantes, col. iij. & in cōsi. ccccxvij.

ego puto. col. ij. vol. j. Io. Bapt. Perusi. in tract. de arbitr. c. vj. Bertach. in tract. de episcopis. in v. parte iij. lib. q. xxxij. nu. 60. Rui. cōsi. lxxij. nu. 5. vol. iij. Deci. in cap. quoniā. Abb. nu. 25. de offic. delega. & in l. more. nu. 52. ff. de iurisd. omn. iudic. & est cōmunis opi. pars negatiua, secundum Rui. sed de veritate tu eos vide, quos supra citavi. † In gl. adepti. dū Aret. infert ad vsuras quæsitæ per filium, an patri quærat: cōque mortuo veniant conferendæ cū fratribus? Latius tetigi supra eo. in §. j. nu. 77. cū seq. vbi me remitto. † In glo. vsucapio. habes differentiam inter res peculiare & alias: nam primo casu etiā domino ignorantibus quæritur vsucapio: secundo non. Rationem tradit Aret. hic, quā prior eo posuit Castr. in l. j. §. item acquirimus. ff. de acq. possess. Et ex his iste §. remanet obsolutus, & subinde præsens titulus, super quo satis vagati sumus.

FINIS.

LVGDVN I,

Excudebat Iacobus Faure.